# noua addite

141

locum securitatis. hoc est ad regnum celorum Portus est recessus quē dam a mari inter terras littoribꝫ ↄclusus quo naues secure recipiūtur. ⁊ a quo exeunt tpe ↄgruo (vbi pax ⁊ gloria) leticia Et (impetres). i. pro cures (in maria) magdalena. cui dimissa sunt peccata multa. qm̄ dilexit eā deus. Et sic finaliter orat autor. vt ea ipa vnctio. i. grā nobis ↄcedat q̄ marie magdalene con cessa erat a dn̄o. vt silr̄ nobis dimittātur pecca ta nostra sicut illi dimis sa sunt Amen

Gaude syon ꝙ egressus a te de cor et expressꝰ tui fulgor speculi Rediuiua luce redit o et alpha. quo d accedit iam in fine seculi. Roma pri ma primitiuos. deus sanctos adhuc viuos vidit in cacumine. Ut extre mos addat primis q̄uis stantes nos in imis suo visit lumine. Sed pre multis te respexit. odor tuus hunc al lexit. et sapor et puritas. Ut de regū ramis nata iuste vere sis vocata. dei tu saturitas. Gaudēt astra matutina ꝙ in hora vespertina ortu noui side ris. Celi sidus illustratur. in quo ter re designatur signum noui federis. Vere sidus tu preclarum quod a so le differt parum. et luna lucidius. Tu ꝙ sole sis amicta. carne probat hic re licta lucis tue radius

Gaude syon) Se quentia ista de sā cta elisabeth canit̄ que fu it filia regis hungarie. maritata ludowico lant grauio turingie ⁊ hassie. Ista ab infantia sua mi re sanctitatis fuit. ⁊ cla ruit miraculis multis et operibꝫ bonis. Maritꝰ eius profectus vltra par tes marinas in subsidiū terre sancte ⁊ ibidē mor tuus ē et sic ipsa depost ī statu viduitatis multa patiebatur quousqꝫ mi graret ad dominū. His storia plenius repetit a prima etate vsqꝫ ad finē vite. ipsa videat̄. Diui dit̄ ergo ista sequentia in tres partes In prima re cōmēdatur Elysabeth multipliciter. In secūda ponuntur signa quedam et miracula per earū ge sta. In tercia fit petitio ad ipsā vt intercedat p nobis. Scd̄a ibi (O q̄ dignis) Tercia ibi (Eya mater) Exordiū facit autor dirigendo s̄mo nem ad sanctā elisabet hoc modo. O (syon). i. ecclesia. ↄgregatio fideliū christianitas (gaude ꝙ decor) est (egressus a te. i. multi sancti hoīes ac virtuosi. et (fulgor tui speculi) claritatis tue. est (expressus). i. multiplica tus et magis diffusus. p hoc ꝙ indies plures sancti homines reperiūtur (o et alpha). i. est christus (redit rediuiua luce) noua. quasi diceret. nūq̄ ita clare refulsit sanctitas christi sicut hodie in beata elisabeth (qd̄ acces



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-821/0281
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG